

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Pro-Rector Academiae Fridricianae Avgvstvs Hermannvs
Francke, S. S. Theol. P. P. O. Atqve Parochiæ Vlic.
Pastor, Vna Cvm Reliqvis Professoribvs, Ad Natalem
Domini, Tanqvam Sötērion, Digne Recolendvm ...**


Francke, August Hermann

[Halle], [MDCCXVI?]

VD18 13394452

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-16550



RENOIR
MARTIN
AVGV
ACADEMI





SALVTEM TVAM EXPECTO, IEHOVAH!



Vis vero suspirium hoc morientis Patriarchæ legat, quæsumus, vel audiat, quin eodem sibi adnitendum esse intelligat quisque, qui recte sibi cupit in hac ancipiti via ac vita lubrica consulere! Vidit senex, in maximis casibus versatissimus, attentus etiam in futura, in tribu Dan fore *serpentem* nota quadam singulari, *serpentem super via, aspidem super semita, morsurum calcaneos*. Quorsum autem in hoc conspectu sese recipit? *Salutem tuam*, ex aduerso ait, *expecto*, Iehouah! Genes. XLIX, 17. 18. erecto sic permanens animo, simulque in confessionis suæ summo articulo ad extremum vsque halitum persistens, afflatus diuino Spiritu.

De singularibus illis casibus Daniticis, vel etiam populi Israelitici, agendi locum nullum relinquit hæc pagina: in vniuersum tamen nunc meminimus merito, toti prædictum diuinitus humano generi, de *serpente, lesuro calcaneum*; & vicissim de *semine mulieris, contrituro caput serpentis*. Gen. 3, 15. Quod oraculum haud dubie in corde habuit Eua, cum dolore primum pariens, ac dicens paulo post: *Possedi virum Iehouah*. Iacobo certe nostro non ignotum, quippe cui post aum & parentem de nouo confirmata fuit promissio *seminis, in quo benedicturæ sibi sint omnes familie terræ*. Atque sic satis constat, ex verbo pro-

missio-

)(2.

missio-